

καὶ πύλαι ᾧδδ,] *Et porta inferni.* πύλη propriè & primariò
 portam urbis denotat, transfertur secundariò ad regionis aditum,
 cæliqve portam. In integra phrasi Pasor in Lex. p. 580. atqve hic
 extra necessitatem Hebraismum fingit inquiring: πύλαι ᾧδδ *Porta*
inferni, Hebraismus, b. e. regnum Diaboli, ad quod pertinent omnes
Ecclesie adversarii, qui sunt semen antiqui serpentis. Ipsa Phrasis tam est
 utriqve Linguae communis, quam ejus usus varius. Vid. *Casaub. con-*
tra Baron. p. 355. b. fin. sq. Melius portas inferni sine ulla mentione
 Hebraismi explicat Theologus consummatissimus Dn. D. Calovius
Exegem. Aug. Confess. Artic. VII. de Ecclesia cap. 3. n. 1. πύλαι ᾧδδ de-
 signant, vel infernale robur, Judicium & tyrannidem, quia in portis
 olim facta sunt judicia Deut. XXII. 15. (Conf. c. XVI. 28. c. XXV. 7.
 cap. XXII 52. Ruth. IV. n. 1 Paral. XX. 9) Amos. V. 12. Zach. II X.
 16. & propugnacula collocata Gen. XXII. 17. c. XXIV. 60. vel locum
 Diabolis plenum Matth. XI. 23. Luc. X. 15. Apoc. I. 18. c. VI. 8. c. XX.
 14. Nam Diaboli jam dum in inferno reservantur 2 Pet. II. 4 Jud. v.
 6. in judicio novissimo à priorum consortio totaliter sequestrandis,
 & in stagnum ignis præcipitandi Apoc. XX. 10 14. Sic docet Aposto-
 lus, quoti perpetuò militandum sit Ecclesie Christi in his terris non
 adversus sanguinem & carnem, sed adversus imperia &c. Eph. VI. 12.
 13. confer eundem in *Socin. Proflig. p. 883.* Maldonatus portas propriè
 accipit & interpretatur de portis urbium, quas impii quidem habi-
 tant, sed pii obsident & oppugnant. Verum respondet Excell. Stol-
 bergius *Colleg. MSS. in b l.* Hac ratione dicti hujus sensus planè inver-
 titur. Verbum enim κατιχύειν non usurpatur de resistente & vim
 patiente, sed de oppugnante & vim inferente. Non promittit
 Christus Ecclesiam de omnibus impiis esse triumphaturam & eo-
 rum urbes expugnaturam, sed hostes Ecclesie de ipsa, tanquam pe-
 nitus à se devicta, nunquam fore triumphaturos *Sociniani* equidem
 Hebraismum hic fingunt, & per portas inferorum non hujus, sed al-
 terius vitæ statum intelligunt. Hos sequuntur *Remonstrantes* in
 Actis Synod. Dordrac. *Camera & Grauerus* noster. Verum Ebrais-
 mus hic nullus. Portæ inferorum h l non præcisè, restrictivè & in
 specie notant hæreses aut peccata, aut utrumqve simul, sed in genere
 & indeterminatè potestatem & machinationem Diaboli, ejusque mi-
 nistrorum, hæreticorum scilicet & tyrannorum D. Althof. Harm.
 Evang.

Evang.